



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 48. Papa libertati restitutus, ac ab Angliæ legatis salutatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

**Sæcul. XVI.** ticulus Papam inducebat, ut priores  
 A.C. 1527. tres articulos nunquam se revocaturum  
 polliceretur. Ad hæc postulata Clemens Papa sat propensum ostendit animum, spemque fecit, se Henrico factum satis, quamvis jam antea nomine Cæsaris Minister Generalis Fratrum Minorum postulasset, ne quid de hujusmodi divortio tentaretur, priusquam Imperatoris Ministri hac de re edocerentur.

## §. XLVIII.

*Papa libertati restitutus, ac ab Angliae Legatis salutatus.*

**Le Grand t.c.** Cum Papa adhuc in custodia detine-  
 p. 69. & 70. **Spond. hoc ann. n. 8.** retur, hujus caussæ decisio segnius urgebatur: ast simulac fama Romæ percrebuit, quod Clemens sub mercatoris veste noctu fuga elapsus sese Urbevetum recepisset, mox Angliae Legati inter ceteros primi Papam convenere, eique recuperatam libertatem gratulati sunt; his ita respondit Pontifex, „ quanta Rex Dominus ve- „ ster, necnon Cardinalis Volsæus pro „ liberatione mea præstiterint, haud „ ignoro, utrique eorum meo nomine „ dicatis velim, me pro beneficii am- „ plitudine grati animi mercedem red- „ diturum. „ Tanta Papæ benignitas Lega-

Legatis opportunam demandati nego- Sæcul. XVI.  
 tii feriem exponendi occasionem suppe- A.C. 1527.  
 ditabat, quo circa præprimis pluribus extollebant immotum, quo Reges re-  
 gnumque Angliæ Sedem Apostolicam *Le Grand  
 semper venerarentur, studium, necnon hist du di-  
 præclara, quæ hucusque Ecclesiæ præ- vorce d' Hen-  
 stitissent, ac etiamnum præstare pos- ric. VIII.  
 sent, exaggerabant obsequia, postea sum- tom. I p. 69.  
 mo Pontifici exponebant, quod Sedis *Spond. ad  
 Apostolicæ honor, atque utilitas depo- ann. 1528.  
 sceret, ut mala præverterentur, quæ Re- n. 8.**

gno impenderent, si Rex absque prole mascula decederet, Reginam enim su-  
 scipiendi filii spe destitutam esse aje-  
 bant, proin Regis sui nomine rogarent  
 Pontificem, ut Julii II. dispensationem,  
 vi cuius Rex fratri sui viduam ducere  
 permittebatur, solerter discutiendam  
 committeret. Pontifex cuncta, quæ  
 Legati proponebant, benigne exceptit,  
 responditque, æqua sibi videri eorum  
 postulata, sibi vero totius rei seriem  
 haud probe perspectam esse, proin a-  
 tturum se proxima quoque die cum Car-  
 dinale tit. SS. quatuor Coronatorum, ac  
 postea se hac super re eisdem respon-  
 sum daturum.

### §. XLIX.